

Federico II di Svevia

Arenga 074

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Federico II di Svevia

Arenga 074

Giugno 1208

Cum regalis nostre discretionis intentio

Cum regalis nostre discretionis intentio sit omnino in divina dispositione fundata et digno dei examine felicis nostri regiminis moderamina dirigantur, propositi nostri est ad ecclesiarum et locorum venerabilium quietem et commodum diligenter intendere et eorum profectus pie mentis oculis intueri. Licet utique generaliter teneamur omnium ecclesiarum regni nostri indemnitatibus providere, illas tamen specialius et diligentiori proponimus sollicitudine confovere, quas liberalitas regia studiosius fundavit et coluit, ditavit affluentius et dotavit, ut opus regium regali tuitione servatum non pereat, set de bono in melius augeatur.